

[1r] Iuramentum rectoris¹

Item statuimus, quod rector sic ut premittitur electus sub pena viginti florenorum Rinensium, postquam sibi de sua eleccione constiterit, infra diem naturalem sollempnitatibus debitis et consuetis teneatur officium acceptare insuper et iurare, quod fideliter iuxta totum posse et nosse suum ad honorem et utilitatem tocus universitatis singularumque facultatum suum officium exercebit sine fraude et dolo quodque nichil attemptabit in preiudicium alicuius facultatis directe vel indirecte, publice vel occulte, sed quamlibet facultatem manutenebit pro viribus in pleno suo iure, quodque ad bonum statum et incrementum tocus universitatis et singularum facultatum tota, qua potest diligencia, operam inpendet quodque privilegia, libertates et immunitates atque statuta dicti studii pro eo et singulis suis suppositis illesas et illesa, quantum poterit, faciet observari. ^{a)}Item ut infra mensem proxime sequentem suam eleccionem visitet libros universitatis apud doctores et magistros existentes fideliter fraude et dolo cessantibus in singulis premissorum. ^{a)}

^{b)}Item ut infra mensem proxime sequentem finem sue rectorie de receptis et expositis in officio suo computum plenum reddere teneatur.

^{c)}Item ut infra mensem ^{d)} pronunciet statuta singulis suppositis ad hoc per iuramentum convocatis.

*1 ^{e)}Item ut ad minus semel in suo rectoratu iuxta formam statuti desuper ordinati convocatis singularum bursarum rectoribus teneatur fide recepta loco iuramenti ab eisdem inquirere de statu omnium bursalium aut exercicium eorundem visitancium ^{f)}, ut sic inhabitantes suspectas domus scire et ad dimittendum compellere possint. ³ ^{g)}Primo querat, si sint recepti ad consilium facultatis.

*2 ^{h)}Magister vos iurabitis, quod intereritis congregacionibus universitatis, quociens vocatus fueritis per rectorem intimante vobis bedello et preser-

^{*1} conceptum in rectoratu Iohannis Ernesti²

^{*2} iuramentum magistrorum recipiendorum ad consilia universitatis

a)...a) *gestr. A* b) *Handw.; die folgenden Statuten bis compellere possint geschwärtz A* c) *Handw. A* d) *mit Einfügungszeichen über der Z. nachgetr. A* e) *Handw.; bis compellere possint gestr. A* f) *folgt et gestr. A* g) *Handw. A* h) *Handw. A*

¹ der Eintrag in AUH III fol. 1r gedr. bei Winkelmann, Urk. 105

² gewählt 20. Dez. 1440

³ vgl. fol. 2v oben